



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

3. Aprilis. 3. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

244 ANNI CISTERCIENS.

sua originem seraphicus ignis divini amoris, qui in pectore tuo ardebat irrequietus, donec post raptus sublimes, & ferè quotidianos, mors viginti antè diebus præscita te cœlitibus conjunxit.

Oratio. *Elevæ sanctissimis precibus tuis frigidæ, arentes, & distractionum pondere prægraves, orationes meas. Quamvis enim non sit speciosa laus Dei in ore peccatoris; te tamen conciliatrice, cor contritum non despiciet Divina clementia.*

S. BERNARDUS, ser. 18. in Cant.

Orationis effectus. *Oratio humectat interiora arentis conscientie; escas bonorum operum digerit, & deducit per quadam anima membra: fidem roborans, spem confortans, vegetans ordinansq; charitatem, & impinguans mores.*

3. Aprilis. 3. Nonas.

Floruit circa annum 1280. **B. HERMANNE**, Villarij Conventus, qui pauperum ministerio deputatus, mira promptitudine animi totum piæ huic curæ impendisti. Majori gaudio non afficiebaris, quàm si mendicabula, datis è monasterio pannis, meliore amictu donare licuit, quàm ille fuerat

erat, quo tu vestiebaris. Sed interim
 nitebat interior animæ vestis, tam no-
 bili virtutum ornamento decorata; ut
 illius pulchritudine delectata Cæli Re-*Invisi-*
 gina, sæpe ad tua colloquia descende-*tur à B.*
 rit; non regio cultu, sed humili Cister-*Virgi-*
 censium habitu, venusta. Favorum *ne:*
 porrò, quibus te Mater liberalissima
 perfudit, non est numerus: quos hu-
 militas tua licèt studiosè ab hominum
 notitia subtraxerit; non tamen in po-
 strema vitæ hora latère adstantes po-*maxi-*
 tuerunt, qui ipsam Matrem viventium *mè mo-)*
 tibi adesse, & ad Jubilæum æternæ fe-*ribun-*
 licitatis (quinquaginta enim annos in *du-*
 Ordine transegisti) perducere conspi-
 ciebant. *Mariæ in omni periculo subsidia,* Maria
relui totus Christianus orbis toties experi in mor-
tur, quoties implorat: ita & ego ad sacra- te sola-
tissimos illius pedes prostratus, te utar in- *tium*
terprete: hoc unum te impetrare sufficiet,
ut illa mihi morienti se exhibeat patronam.

B. G I O M A R I A, monasterij Lor-*Floruit*
 vaniensis in Lusitaniæ finibus monia-*circa*
 lis Conversa: quæ à primo in S. Ord-*annum*
 nem ingressu, incredibili asperitate in *1572.*
 corpus tuum sæviebas; nullo tormen-
 torum genere omisso, quo caro conti-
 nuis doloribus premeretur. Quàm ve-
 rò immitti in te ipsam manu utebaris,
 tam benignam alij senserunt: quos à
 L 3 despe-

Signa
sub
mortē.

desperatissimis etiam morbis solo tactu, aut formato Crucis signo liberasti. Mortem insignia duo prodigia illustrē reddiderunt: cantus Angelorum, hymnum, *Te Deum laudamus*, læta claraque voce modulantium: & splendor ingentis radij, è sideribus ad lectulum tam conspicua luce descendens, ut passim vicinos, extra monasterium degentes, ad stuporem, & cognitā inde causā, ad tui venerationem, excitaverit.

Penitē
tia.

Dona me virili animo tuo, quo in carnem tuam per tormenta, robustam manum terrentia, pugnavisti. Fac, ut cum ego rigidissimā penitentiā, propter peccata mea indigeam; id, quod tu ex puro Dei amore fecisti, ego saltem ex districti Judicij timore, & pœnarum infinitarum horrore agam.

S. BERNARDUS, serm. 10. in Cant.

Fructus
duplex
penitē
tiz.

Non est omnino spernenda, nec vilis estimanda, hujusmodi unctio penitentiae: cujus odor non solum provocat homines ad correctionem; sed & Angelos ad exultationem invitat.



4. April